

Nomen E-  
lectionis &  
Prædesti-  
nationis.

5. Nomen quod spectat, utrumq; secundum tot li-  
teras & syllabas, itemq; sensum ipsum habetur in scri-  
ptura. Rom. 8. v. 30: *Quos prædestinavit, hos & voca-  
vit.* Ephes. 1. v. 5: *Qui prædestinavit nos, ut adoptaret in  
filios per Jesum Christum in sese juxta beneplacitum volun-  
tatis sue.* Matth. c. 20. v. 18: *Multi sunt vocati, pauci ve-  
rò electi.* Ephes. 1. v. 4: *Quemadmodum elegit nos in ipso,  
antequam jacerentur fundamenta mundi.* 2. Thess. 2. v. 13:  
*DEUS elegit vos ab initio in salutem in sanctificatione Spi-  
ritus, & in fide veritatis.* Habet etiam Prædestinatio ad-  
huc alia in Scriptura nomina. Interdum enim vocatur  
*κατ' ἔξοχὴν liber*: ut Dan. 12: *Salvabitur populus tuus om-  
nis, qui scriptus in libro.* Interdum *liber DEI*, Exod.  
32: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de LIBRO  
TUO, quem scripsisti.* Interdum *LIBER VIVENTIUM*  
& non justis scribi, Psal. 68. *Deleantur de libro viventium  
& cum justis non scribantur.* Interdum *LIBER VITÆ*,  
Roman. 9. 10. 11. Philipp. 4: *Quorum nomina scripta  
sunt in libro vitæ.*

Prædesti-  
nationis  
doctrina  
ex sola S.  
Scriptura  
sumenda  
est.

6. Ex quo intelligitur, quod & definitio & integra  
prædestinationis doctrina ex nullo alio, quàm ex solo  
verbo revelato, & quidem ex sola Evangelii voce sit  
haurienda & discenda, juxta locum iam allegatum.  
2. Thess. 2. v. 13, ubi dicitur, quòd *DEUS elegerit nos,  
vocaveritq; per Evangelium.* Et 2. Timoth. 1. v. 9, inquit  
Apostolus: *Vocavit nos vocatione sanctâ, non SECUN-  
DUM OPERA NOSTRA, sed SECUNDUM  
PROPOSITUM suum & gratiam, quæ data est nobis in  
Christo Jesu ante tempora secularia: nunc verò manife-  
statum, &c. PER EVANGELIUM.*

Rei, hoc

est, Prædi-  
cationis i-  
psi expli-  
catio.

7. Rem, hoc est, Prædestinationem quod spectat; con-  
sideranda ibi. 1. Prædestinatio sive Electio abstractè: De-  
inde in Electis concretè.

& Præ-